Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



modo serenu · modo uentos · Ita et miseri cordia dī nostrue fragilitati · diuersa beneficia prestat ⁊ sustinet enim ut corrigat ⁊ flagellat · ut erudiat ⁊

Pater enim carnalis · qui bene uult filium suum erudiri · frequenter eum corripit ac flagellat ⁊ Sic dn̄s flagellat omnem filium quem recipit ⁊ et timentes se · ad studium bone uoluntatis adducit ⁊ Quō ipse cognouit · quod ab illa naturali dignitate deiecimus · figmentum esse monstramur ⁊

Describit enim quid sit homo · id est sp̄s pertransiens · scilicet mundum praesentem ⁊ In quo diutissime non potest permanere ⁊ Non cognoscet amplius locum suum · hoc est in hoc saeculum non potest redire ⁊

Filios filiorum · unius cuiusq· actus debemus aduertere · qui dn̄i praecepta custodiunt · qui mandata eius operibus implent ⁊

a terra · corroborauit misericordiam suam sup̄timentesse ⁊

Quantum distat ortus ab occidente · longe fecit a nobis iniquitates nostras ⁊

Quomodo miseretur pater filiorum · misertus est dn̄s timentibus se · quō ipse cognouit figmentum nostrum ⁊

Recordatus est quō puluis sumus · homo sicut foenum dies eius · tamquam flos agri sic efflorebit ⁊

Quō sp̄s pertransibit in illo & non subsistet · & non cognoscet amplius locū suū ⁊

Misericordia autem dn̄i ab aeterno · & usque in aeternum super timentes eum ⁊

Et iustitia illius in filios filiorū · his qui seruant testam̄tum eius ⁊

Oriens · significat regnum dī ⁊ occasus uero · gehennam ⁊ quae tantum dissociata sunt a sede beatorum · quantū dicit ille pauper in sinu abrahe · inter nos et uos cahos magnum ⁊

Ac si diceret · non iras ceris · ut contereas · sed recordare · quod uasa figuli sumus ⁊ quae semel confracta reparari non possunt ⁊ his ergo rebus transitoriis · humanitas comparatur ⁊ Quae pulchrescit ut flos · et foenum agri · sed non ad finem longissimam perducatur ⁊

Reddimur enim per misericordiam · perpetui et absoluti · quamuis per nos simus fragiles et caduci ⁊ Et usq· in aeternum · designat enim aeternitatem dī ⁊ quoniam et ille ante saecula · et post istud saeculum · misericors esse monstratur ⁊